

Isaac à paréntibus nobilitátem pietátis accepit, quam pósteris dereliquit. Sacerdos itaque Zacharias, nec solúm sacerdos sed etiam de vice Abia, id est, nobilis inter superiores familias.

Responsoria de Feria occurrenti.

Lectio ii.

ET uxor, inquit, illi de filiabus Aaron. Non solúm igitur à paréntibus, sed etiam à majoribus Sancti Joánnis nobilitas propagátur, non seculari potestate sublimis, sed religionis successióne venerabilis. Tales enim majores habere debuit prænantius Christi, ut non repente conceptam, sed à majoribus acceptam, & ipso infansim pure naturæ, prædicare fidem Domini videretur advéntis. Erant, inquit, ambo justi ante Deum, incedentes in omnibus mandátis, & justificatióibus Domini sine querela. Quid ad hoc referunt, qui peccatis suis solacia præferentes, sine peccatis frequentibus hominem putant esse non posse, & utuntur versículo, quia scriptum est in Job: Nemo mundus à sorde, nec si unius diei vita ejus sit in terra?

Lectio iii.

Quibus respondendum est, prius, ut quid sit hominem sine peccato esse, definiant: utrum numquam omnino peccasse, an desissse peccare. Si enim hoc putant sine peccato esse, nunquam omnino peccasse, & ipse consensio. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei. Sin autem eum, qui veterem errorem correxerit, & in eam se vite transformaverit qualitatem, ut temperet à peccato, negant abstinere à delictis, non possum in eorum convenire sententiam, cum legamus: Quia sic Dominus dilexit Ecclésiám, ut exhibeat ipsam sibi gloriosam, & non habentem macu-

lam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.

Antiphona ad Benedictum ut in Psalterio, & post Antiphonam dicuntur Preces Jeremiae fixis genibus.

Oratio.

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incédatur; & beati Joánnis præcursoris hortaménta sectando, ad eum quem prædixit, secúra perveniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit.

Notandum, quod si sequenti die xxiv. occurrerit solemnitas SS. Corporis Christi, agendum erit de prædicta solemnitate: Festum vero S. Joánnis Baptiste tunc reponatur in diem xxv. tanquam in sedem propriam. transiatio quocumque alio Festo Duplici, si alicubi occurrat, post Octavam: sed si fuerit prima vel secunda Classis, transferatur in primam diem. Officio duplici non impeditam, etiam infra Octavam; SS. Corporis Christi.

DIE XXIV. JUNII.

In Nativitate

S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Duplex.

AD VESPERAS,

Antiphona.

IPse præfuit ante illum in spiritu & virtute Eliæ parare Dómino plebem perfectam. **Psalmus.** Dixit Dóminus, cum reliquis de Domínica, 94. & loco ultimi, **Psalmus.** Laudate Dóminum omnes Gentes, 97. **Añs.** Joannes est nomen ejus: vinum & siceram non bibit, & multi in nativitate ejus gaudebunt. **Añs.** Ex utero senectutis & sterili Joánnes natus est præcursor Dómini. **Añs.** Iste puer magus coram Domino: nam & manus ejus cum ipso est. **Añs.** Nazareus vocabitur puer iste: vinum & siceram

ram non bibit, & omne immundum non manducábit ex útero matris suæ.

Capitulum.

Isaie 49.

Audite insulae, & attendite populi de longe: Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meae recordátus est nómínis mei.

Hymnus.

UT queant laxis resonare fibris Mira gestorum famuli tuorum, Solve polluti labii reatum, Sancte Joánnes.

Nantius celso veniens olympo, Te patri magnum fore nasciturum, Nomen, & vitæ seriem gerendæ Ordine promit.

Ille promissi dubius superni, Pérdidit promptæ modulor loquelæ; Sed reformasti génitus peremptæ Organa vocis.

Ventris obstruso recubans cubili Senses Regem thalamo manentem: Hinc parens nati méritis uterque Abdita pandit.

Sit decus Patri, genitæque Proli, Et tibi compar utriusque Virtus Spiritus semper, Deus unus, omni Témporis ævo. Amen.

V. Fuit homo missus à Deo, **V.** Cui nomen erat Joánnes.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ingresso Zacharia templum Dómini, apparuit ei Gabriél Angelus, stans à dextris altaris incénsi.

Oratio.

DEus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Joánnis nativitate fecisti: da populis tuis spiritalium grátiam gaudiorum, & ómniùm fidélium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitorium.

Regem Præcursoris Dóminum, Venite, adorémus; **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

ANtra deserti teneris sub annis, Civium turmas fugiens, petisti,

Ne levi posses maculare vitam Crimine lingua.

Præbuit durum tegumen camelus Artubus sacris, stróphium bidentes, Cui latex haustum, sociata pastum Mella locustis.

Cæteri tantum cecinere Vatum Corde præsgo jubar affuturum; Tu quidem mundi scelus auferentem Indice prodis.

Non fuit vasti spatium per orbis Sanctior quisquam génitus Joánnes; Qui nefas seculi méruit lavantem Tingere lymphis.

Sit decus Patri, genitæque Proli, Et tibi compar utriusque Virtus Spiritus semper, Deus unus, omni Témporis ævo. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Prisquam te formarem in útero, novi te: & antequam progredereis, sanctificavi te. **Psalmus 1.**

BEatus vir, qui non abijt in consilio impiórum, & in via peccatórum non stetit. * & in cætheora pestilentiae non sedit:

Sed in lege Dómini voluntas ejus, * & in lege ejus meditabitur die & nocte.

Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et fólium ejus non defluet: * & ómnia quaecumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.

Ideo non resurgunt impij in iudicio: * neque peccatores in concilio justorum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum: * & iter impiórum peribit. **Antiphona.** Prisquam te formarem in útero, novi te: & antequam progredereis, sanctificavi te.

Dd 3

Añs.

Adā. Ad omnia quæ mittam te, dicit Dñs, ibis: ne timeas, & quæ mandāvero tibi, loqueris ad eos.

Psalmus 3.

Quare fremuerunt Gentes, & populi meditāti sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus Dñm, & aduersus Christum ejus. Dirumpāmus vincula eorum: & projiciāmus a nobis jugum ipsorum. Qui habitat in cœlis iridebit eos: & Dñs subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furōre suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, & prædicans præceptum ejus.

Dñs dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodiē genui te.

Postula a me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminis terræ.

Reges eos in virga fœrrea, & tanquā vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui judicatis terram.

Servite Dño in timōre: & exultate ei cum tremōre.

Apprehēditē disciplinam nequādo irascatur Dñs, & pereratis de via justa.

Cum exarsērit in brevi ira ejus, beati omnes, qui confidunt in eo.

Adā. Ad omnia quæ mittam te, dicit Dñs, ibis: ne timeas, & quæ mandāvero tibi, loqueris ad eos.

Adā. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum, dicit Dñs.

Psalmus 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt anime meæ: Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dñs susceptor meus es, glōria mea, & exaltans caput meum.

Voce meā ad Dñm clamavi: & exaudivit me de monte sancto suo. Ego dormivi, & soporatus sum: & exurrexi, quia Dñs suscipit me.

Non timēbo millia populi circumdantis me: exurge Dñe, saluum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contrivisti.

Dñi est salus: & super populum tuum benedictio tua.

Adā. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum, dicit Dñs.

Fuit homo missus a Deo. Cui nomen erat Joānes. Pater noster.

Absolutio. Exaudi Dñe. Jubbe domne. **Benedictio.** Benedictiōne perpētua.

Inclit Jeremias Propheta.

Lectio 1. Cap. 1.

Verba Jeremie filii Helcie, de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin. Quod factum est verbum Dñi ad eum in diebus Josie filii Amon regis Juda, in terdecimo anno regni ejus. Et factum est in diebus Joakim filii Josie regis Juda, usque ad consummationem undecimi anni Sedecie filii Josie regis Juda, usque ad transmirationem Jerusalem, in mense quinto. Et factum est verbum Dñi ad me, dicens: Priusquam te formarem in utero, novi te: & antequam exires de vulva, sanctificavi te, & Propheta in Gentibus dedi te.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joānes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, & pararet Domino plebem perfectam. Erat Joānes in deserto prædicans baptismum penitentiae. Hic venit. **Benedictio.** Ingentis Dei Filii.

Lectio

Lectio ij.

ET dixi, A, a, a, Dñe Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dñs ad me: Noli dicere: Puer sum: quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: & uniuersa, quæcumque mandāvero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia tecum ego sum ut eruan te, dicit Dñs. Et misit Dñs manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dñs ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodiē super Gentes, & super regna ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

Elisabeth Zacharie magnum virum genuit, Joānem Baptistam præcursorem Dñi: Qui viam Dño preparavit in eremo.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joānes. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodiē in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, & sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & non prevalebunt: quia ego tecum sum, ait Dñs, ut liberem te.

Priusquam te formarem in utero, novi te: & antequam exires de ventre, sanctificavi te. Et Propheta in Gentibus dedi te. Vir dilectus a Deo, & hominibus honoratus est. Et Propheta. Glōria Patri. Et Propheta.

In secundo Nocturno, Antiphona. Misit Dñs manum suam, & teti-

gigit os meum, & Propheta in Gentibus dedit me Dñs.

Psalmus 4.

Cum invocarem exaudivit me Deus justitie meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationem meam.

Fili hominum usquequò gravi corde? ut qui diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Et scitote quoniam misericavit Dñs sanctum suum: Dñs exaudivit me cum clamāvero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cõrdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitie, & sperate in Dño: multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Dñe: dedisti lætitiā in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.

In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Dñe singulariter in spe constitui me.

Adā. Misit Dñs manum suam, & tetigit os meum, & Propheta in Gentibus dedit me Dñs.

Adā. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super Gentes & regna.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe Dñe, intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ, Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orābo: Dñe mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus.

Dd

nus: * neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, * iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et letentur omnes, qui sperant in te, * in aeternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices iusto.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae * coronasti nos.

Antiphona. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super Gentes & regna.

Antiphona. Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super caelos.

Ex ore infantium & lactentium profecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo caelos tuos, ope-

ra digitorum tuorum: * lunam & stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, * oves & boves universas: insuper & pecora campi.

Volucres caeli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiphona. Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei. **V.** Inter natos mulierum non surrexit maior. **R.** Joanne Baptista. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas.

V. Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Augustini Episcopi. *Sermone 20. de Sanctis.*

Lectio iv.

Post illum sacrosanctum Domini natalis diem, nullus hominum nativitatem legimus celebrari, nisi solum beati Joannis Baptista. In aliis sanctis & electis Dei novimus illum diem coli, quo illos, post consummationem laborum, & devictum, triumphumque mundum, in perpetuas aeternitates praesens haec vita parturivit. In aliis consummata ultimi diei merita celebrantur; in hoc etiam prima dies, & ipsa etiam hominis initia consecrantur: pro hac absque dubio causa, quia per hunc Dominum adventum suum, ne subito homines insperatum non agnoscerent, voluit esse testatum. Joannes autem figuram fuit veteris testamenti, & in se formam praeiulit legis: & id eo Joannes praenuntiavit Salvatorem,

si-

sicut lex gratiam praecurrir.

R. Descendit Angelus Domini ad Zachariam, dicens: Accipe puerum in senectute tua: * Et habebit nomen Joannes Baptista. **V.** Iste puer magnus coram Domino: nam & manus ejus cum ipso est. Et habebit. **Benedictio.** Christus perpetue.

Lectio v.

Quod autem nondum natus de secreto materni uteri prophetauit, & expers lucis jam testis est veritatis: hoc est intelligendum, quod latens sub velamine & carne litterae, & Redemptorem mundo spiritu predicavit, & nobis Dominum nostrum de quodam legis utero proclamavit. Ergo quia Judaei erraverunt a ventre, id est a lege, quae a Christo gravida erat, erraverunt a ventre, locuti sunt falsa: idem hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.

R. Hic est praecursor dilectus, & lucerna lucens ante Dominum: * Ipse est enim Joannes, qui viam Domino preparavit in eremo; sed & Agnum Dei demonstravit, & illuminavit mentes hominum: **V.** Ipse praebit ante illum in spiritu & virtute Eliae. Ipse est. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Quod autem Joannes in carcere constitutus ad Christum discipulos suos ordinat: lex ad Evangelium transmittit. Quae lex juxta typum Joannis, quasi ignorantia clausa carcere, in obscuro & in occulto jacebat, & Judaica caecitate sensus intra litteram tenebatur inclausus. De hoc beatus Evangelista prolouquitur: Ille erat lucerna ardens, id est, Spiritus sancti igne succensus, ut mundo ignorantiae nocte possessio, lumen salutaris ostenderet, & quasi inter densissimas delictorum tenebras, splendi-

dissimum justitiae solem lucis suae ratio demonstraret, & de seipso dicens: Ego vox clamantis in deserto.

R. Innebant patri ejus, quem vellet vocari eum: & postulas pugillarem scripsit, dicens: * Joannes est nomen ejus. **V.** Apertum est os Zachariae, & prophetauit, dicens: Joannes. Gloria Patri. Joannes.

Intertio Nocturno, Antiphona.

Posuit os meum Dominum quasi gladium acutum: sub umbra manus suae protexit me.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur iustitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & minera super innocentem non accepit.

Qui facit haec, * non movetur in aeternum.

Antiphona. Posuit os meum Dominum quasi gladium acutum: sub umbra manus suae protexit me.

Antiphona. Formans me ex utero servum sibi Dominus, dicit: Dedit te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae.

Psalmus 20.

Domine in virtute tua letabitur rex: * & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntatem labiorum ejus non fraudasti eum.

Quo-

Quoniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te: & tribuisti ei longitudo diem in saeculum, & in saeculum saeculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: gloria & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum saeculi: laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino: & in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, & dextera tua inveniatur omnes, qui te oderunt.

Pones eos ut cibano ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala: cogitaverunt consilia, quae non poterunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis preparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Antiphona. Formans me ex utero servum sibi Dominum, dicit: Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae.

Antiphona. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt Dominum Deum tuum, qui elegit te.

Psalms 33.

Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & laetentur.

Magnificate Dominum mecum: &

& exaltemus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dominum, & exaudivit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestrae non confundentur.

Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet angelus Domini in circuitu timendum eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes sancti ejus: quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuuntur omni bono.

Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum.

Diverte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Domini super justos: & aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu salvabit.

Multae tribulationes justorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: & qui oderunt justum, delinquent.

Redimet Dominus animas servorum

rum

rum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Antiphona. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt Dominum Deum tuum, qui elegit te. **V.** Elisabeth Zachariae magnum virum genuit. **R.** Joannem Baptistam praecursorem Domini. Pater noster. **Absolut.** A vinculis. **V.** Jube domne, **Benedictio.** Evangelica lectio. Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Elisabeth implerem est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati ejus quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et reliqua.

Homilia S. Ambrósii Episcopi.

Lib. 2. Comment in Luc. c. 1. ante fin.

Peperit filium Elisabeth, & congratulabantur vicini. Habet Sanctorum editio laetitiam plurimum, quia commune est bonum. Justitia enim communis est virtus: & ideo in ortu justae vitae insigne praemittitur, & gratia secuturae virtutis exultatione vicinorum praefigurante signatur. Pulchre autem tempus, quo fuit in utero Propheta, describitur, ne Mariae praesentia taceatur: sed tempus siletur infantiae, eo quia infantiae impedimento nihil super eo legimus, nisi ortum ejus, & oraculum, exultationem in utero, vocem in deserto.

R. Praecursor Domini venit, de quo ipse testatur: Nullus major inter natos mulierum Joanne Baptista.

V. Hic est enim Propheta, & plus quam Propheta, de quo Salvator ait. Nullus. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

Lectio viij.

Neque enim ullam infantiae sensit aetatem, qui supra natum

ram, supra aetatem in utero positus matris, a mensura coepit aetatis plenitudinis Christi. Mire sanctus Evangelista praemittendum putavit, quod plurimi infantem patris nomine Zachariam appellandum putaverint: ut advertas matri nomen alicujus displicuisse degeneris, sed id sancto infusum Spiritu, quod ab Angelo ante Zachariae fuerat praenuntiatum. Et quod ille multo intimare vocabulum filii nequivit uxori: sed per prophetiam Elisabeth didicit, quod non didicerat a marito.

R. Gabriël Angelus apparuit Zachariae, dicens: Nascetur tibi filius, nomen ejus Joannes vocabitur: Et multi in nativitate ejus gaudebunt.

V. Erit enim magnus coram Domino: vinum & siceram non bibet. Et multi. Gloria Patri. Et multi. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Joannes est, inquit, nomen ejus hoc est, non nos ei nomen imponimus, qui jam a Deo nomen accepit. Habet vocabulum suum, quod agnovimus, non quod elegimus. Habent hoc merita Sanctorum, ut a Deo nomen accipiant. Sic Jacob Israel dicitur, quia Deum vidit. Sic Dominus noster Jesus nominatus est antequam tempus, cui non Angelus, sed Pater nomen imposuit. Vides, Angelos, quae audierint, non quae usurpaverint, nuntiare. Nec mireris, si nomen mulier, quod non audivit, asseruit; quando Spiritus ei sanctus, qui Angelo mandaverat, revelavit.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas. **Antiphona.**

Elisabeth Zachariae magnum virum genuit, Joannem Baptistam praecursorem Domini. **Psalms.** Dominus regnavit. **cum reliquis.** 13. **Añs.** Innebant patri ejus, quem

quem vellet vocari eum: & scripsit, dicens: Joannes est nomen ejus. *Antiphona.* Joannes vocabitur nomen ejus: & in natiuitate eius multi gaudebunt. *Antiphona.* Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne Baptista. *Antiphona.* Tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: praeibis ante Dominum parare vias ejus.

Capitulum.

Isaie 49.
Audi te insula, & attendite populi de longe: Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei.

Hymnus.

O nimis felix, meritique celsi,
Nesciens labem nivei pudoris,
Praepotens Martyr, nemorumque cultor,
Maxime Vatium.
Serta ter denis alios coronant
Aucta cremantis, duplicata quosdam,
Trina te fructu cumulata centum
Nexibus ornant.

Nunc potens nostri meritis opimis
Pectoris duros lapides reuelle,
Asperum planans iter, & reflexos
Dirige calles.

Ut pius mundi Sator, & Redemptor
Mentibus culpae sine lae puris,
Rite dignetur veniens beatos
Ponere gressus.

Laudibus cives celebrent superni
Te Deus simplex, pariterque trine;
Supplices & nos veniam precamur:
Parce redemptis. Amen.

Y. Iste puer magnus coram Domino.
R. Nam & manus ejus cum ipso est.
Ad Benedictus, Antiphona.

Apertum est os Zachariae, & prophetauit, dicens: Benedictus Deus Israel.
Oratio.

Deus, qui praesentem diem honorabilem nobis in beati Joannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudio: & omnium fidelium men-

tes dirige in viam salutis aeternae. Per Dominum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona. Innuébant patri ejus. *Capitulum.* Audite insula, ut supra.

R. br. Fuit homo. *Y.* Missus a Deo. Fuit. *Y.* Cui nomen erat Joannes. Missus. Glória Patri. Fuit. *Y.* Inter natos mulierum non surrexit maior. *R.* Joanne Baptista, *Ad Sextam, Antiphona.*

Joannes vocabitur.

Capitulum.

Isaie 49.
ET nunc haec dicit Dominus, formans me ex utero seruum sibi: Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae.

R. breue. Inter natos mulierum non surrexit maior. Inter. *Y.* Joanne Baptista. Non. Glória Patri. Inter. *Y.* Elisabeth Zachariae magnum virum genuit. *R.* Joannem Baptistam praecursorem Domini.
Ad Nonam, Antiphona.

Tu puer.

Capitulum.

Isaie 49. b.
REGES videbunt, & consurgent principes, & adorabunt Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, qui elegit te.

R. br. Elisabeth Zachariae. Magnum virum genuit Elisabeth. *Y.* Joannem Baptistam praecursorem Domini. Magnum. Glória Patri. Elisabeth. *Y.* Iste puer magnus coram Domino. *R.* Nam & manus ejus cum ipso est.

Ad Vesper. Antiphona. Elisabeth Zachariae, cum reliquis de Laudibus. *427. Psalm. Capitulum. & Hymn. ut in primis Vesp. 421. Y.* Iste puer magnus coram Domino. *R.* Nam & manus ejus cum ipso est.

Ad Magnificat, Antiphona.

Puer, qui natus est nobis, plus quam Propheta est: hic est enim de quo Salvator ait: Inter natos mulie-

lerum non surrexit maior Joanne Baptista. *Oratio.* Deus, qui praesentem, ut supra. 428.

DIE XXV. JUNII.

Secunda die infra Octavam Natiuitatis S. Joannis Baptistae.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Augustini Episcopi. *Sermon 21. de Sanctis.*

Lectio iij.

Natalem Sancti Joannis, fratres charissimi, hodie celebramus, quod nulli unquam Sanctorum legimus fuisse concessum. Solus enim Domini, & beati Joannis dies natiuitatis in universo mundo celebratur & colitur. Hunc enim sterilis peperit, illum virgo concepit: in Elisabeth sterilitas vincitur, in beata Maria conceptionis consuetudo mutatur. Elisabeth virum cognoscendo, filium genuit: Maria Angelo credidit, & concepit. Hominem concepit Elisabeth, hominem & Maria: sed Elisabeth solum hominem, Maria Deum, & hominem.

R. Descendit Angelus Domini ad Zachariam, dicens: Accipe puerum in senectute tua: Et habebit nomen Joannes Baptista. *Y.* Iste puer magnus coram Domino: nam & manus ejus cum ipso est. Et habebit.

Lectio v.

Magnus igitur Joannes, cujus magnitudini etiam Salvator testimonium perhibet, dicens: Non surrexit inter natos mulierum maior Joanne Baptista. Praeclit ceteros, eminet uniuersis: antecellit Prophetas, supergréditur Patriarchas: & quisquis de muliere natus est, inferior est Joanne. Dicit fortasse aliquis: Si inter natos mulierum Joannes maior est, maior est Saluator. Absit. Joannes enim natus mulieris,

Christus autem virginis natus est. Ille corruptibilis uteri sinibus effusus est, iste impolluta virginis flore progenitus.

R. Hic est praecursor dilectus, & lucerna lucens ante Dominum, *Y.* Ipse est enim Joannes, qui cum Domino praeparauit in eremo: sed & Agnum Dei demonstrauit, & illuminauit mentes hominum. *Y.* Ipse praebit ante illum in spiritu & virtute Elias. Ipse est enim.

Lectio vj.

Sergo intelligimus mysterium, fratres mei, Joannes homo est, Christus Deus est. Humiliatur homo, ut exaltetur Deus, secundum illud quod de Domino ipse Joannes dixit: Illud oportet scire, me autem minui. Ut humiliaretur homo, hodie natus est Joannes, quo incipit decrescere dies. Ut exaltetur Deus, eo die natus est Christus, quo incipit crescere dies. Magnum sacramentum, fratres charissimi. Ideo celebramus natalem Joannis sicut & Christi, quia & ipsa natiuitas plena est mysterio. Quo mysterio, nisi humilitatis nostrae, sicut natiuitas Christi plena est mysterio altitudinis nostrae?

R. Innuébant patri ejus, quem vellet vocari eum: & postulans pugillarem, scripsit, dicens: Joannes est nomen ejus. *Y.* Apertum est os Zachariae, & prophetauit, dicens. Joannes est. Glória Patri. Joannes est.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 1. f.

Elisabeth implerum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati ejus quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulantur ei. Et reliqua.

De Homilia S. Ambrósii Episcopi.
Lib. 2. in Luc. cap. 1. circa fin.

Joannes est, inquit, nomen ejus. Non poterat Elisabeth Domini ignorare prænuntium, quæ prophetaverat Christum. Bene additur: Quia nemo in cognatione ejus vocabatur hoc nomine: ut intelligas nomen non generis esse, sed vatis. Zacharias quoque nutu interrogatus: sed quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum, quod voce non poterat, manu & litteris est locutus.

R. Præcursor Domini venit, de quo ipse testatur: Nullus major inter natos mulierum Joanne Baptista.
V. Hic est enim Propheta, & plus quam Propheta, de quo Salvator ait. Nullus major.

Lectio ii.

Scripsit enim dicens: Joannes est nomen ejus. Et hic nomen non imponitur, sed astruitur: meritoque continuo resoluta est lingua ejus: quia quam vinxerat incredulitas, fides solvit. Credamus & nos igitur, ut loquamur; ut lingua nostra, quæ incredulitatis vinculis est ligata, rationis voce solvatur.

R. Gabriel Angelus apparuit Zacharie, dicens: Nascetur tibi filius, nomen ejus Joannes vocabitur: Et multi in nativitate ejus gauderunt.

V. Erit enim magnus coram Domino: vinum & sicram non bibet. Et. Gloria Patri. Et.

Lectio iv.

Scribamus spiritu mysteria, si volumus loqui: scribamus prænuntium Christi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Joannem loquitur, Christum prophetat. Loquamur Joannem, loquamur & Christum: ut nostrum quoque os possit aperiri, quod in sacerdote tanto, irrationabilis modo pcedis,

frana nutantis fidei coërebat. Te Deum laudamus. 12.

Vesperæ de sequenti Commemoratio præcedentis.

DIE XXVI. JUNII.

In Festo SS. Martyrum Joannis & Pauli.

Duplex.
Ad Vesperas, Ant. Paulus & Joannes, cum reliquis de Laudibus. 432.
Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 94. & loco ultimi, Psalmus. Laudate Dominum omnes gentes. 97. Capitulum, Hymnus & V. de Communi Mart. xxx.

Ad Magnificat. Antiphona. Astiterunt justi ante Dominum, & ab invicem non sunt separati, calicem Domini biberunt, & amici Dei appellati sunt. Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus: ut nos geminata lætitia hodiernæ festivitatis excipiat, quæ de beatòrum Joannis & Pauli glorificatione procedit; quos eadem fides & passio verè fecit esse germanos. Per Dominum.

Deinde fit Commem. de Octava S. Joannis, Ant. Puer, qui natus est nobis, plus quam Propheta est: hic est enim, de quo Salvator ait: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista. V. Iste puer magnus coram Domino. R. Nam & manus ejus cum ipso est. Oratio, Deus, qui præsentem, ut supra. 428.

AD MATUTINUM.

Omnia de Comm. plurim. Mart. exceptis his quæ hic sunt propria.

In primo Nocturno. Lectiones de Epistola ad Romanos. Fratres, Debitores sumus, ut in Communi plurimoque Martyrum. xxxi.

R. I. Isti sunt duo viri misericordiae, qui assistunt ante Dominum, Dominatorem universæ terræ.
V. Isti sunt duo olivæ, & duo candidabra lucientia ante Dominum, Dominatorem.

R.

R. ij. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes; & Angelus Domini locutus est ad me, dicens: Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. V. Vidi Angelum Dei fortem, volentem per medium cælum, voce magna clamantem, & dicentem. Isti sunt.

R. iij. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia: Et meruerunt habere coronas perpetuas. V. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. Et meruerunt. Gloria Patri. Et meruerunt.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

Joannes & Paulus fratres Romani, cum facultibus à Constantia Constantini filla, cui pie fideliterque servierant, sibi relicti, Christi pauperes alerent; à Juliano Apóstata in numerum familiarium suorum invitati, liberè negaverunt se apud eum esse velle, qui à Jesu Christo defecisset. Quibus ille ad deliberandum decem dies præfinit, ut nisi ad eam diem ei adherere, & Jovi sacrificare constituerint, sibi moriendum esse certo sciant.

R. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis validis: Terra apparuit arida, & in Mari rubro via sine impedimento. V. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra. Benedictio, Christus perpetua.

Lectio v.

Illi intra id tempus reliqua sua bona distribuerunt pauperibus, quo expeditiores ad Dominum migrare possent, & plures juvarent, à quibus in æterna tabernacula reciperentur. Die decima Terentianus prætoris cohortis præfectus, ad eos missus, cum allatâ Jovis effigie, ut eam venerarentur, Imperatoris

mandatum eis expõnit, ut nisi Joviculum adhibeant, moriantur. Jovi ut erant orantes, responderunt, se pro Christi fide, quem Deum mente & ore venerabantur, non dubitantes mortem subituros.

R. Verbera carnificum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: Ut heredes fierent in domo Domini. V. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut. Benedictio. Ignem sui amoris.

Lectio vj.

AT Terentianus veritus, ne si publicè interficerentur, populum commoveretur, domi ubi tunc erant, abscisis eorum capitibus, sexto Kalendas Julii secreto eos sepeliendos curavit: rumoremque sparsit, Joannem & Paulum in exilium ejectione esse. Verum eorum mors à spiritibus immundis, qui multorum corpora vexabant, pervulgata est: in quibus Terentianus filius & ipse oppressus à dæmone, ad sepulchrum Martyrum perducitus, liberatus est. Quo miraculo & is in Christum credidit, & sejus pater Terentianus, à quo etiam horum beatòrum Martyrum vita scripta esse dicitur.

R. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: Quoniam donum & pax est electis Dei. V. Qui conidunt in illum, intelligunt veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam donum. Gloria Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Attendite à fermènto Pharisæorum, quod est hypocrisis. Et reliqua.

Ho

Homilia venerabilis Bedæ.
Presbyteri.

Lib. 4. in *Lucam*, cap. 52.

DE hoc fermento Apostolus præcipit: Itaque epulæmur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Nam sicut modicum fermentum totam farinam, cui injectur, massam corrumpit, universamque mox conspersiōnem suo sapore commaculat: sic nimirum simulatio, cuius semel animum imbuerit, totā virtutum sinceritatē & veritatē fraudabit. Est ergo sensus: Attēdite ne emulēmini simulatores, quia veniet profectō tempus, in quo & vestra virtus omnibus, & eōrum revelatur hypōcrisis.

R. Propter testamentum Dōmini, & leges patēnas Sancti Dei perstitērunt in amōre fraternitatis: Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides. **V.** Ecce quā bonum & quā iucundum habitāre fratres in unum. Quia unus. **Benedictio.** Quorum festum cōlimus.

Lectio vii.

Verūm quod sequitur: Quoniam quā in tēnebris dixistis, in lūmine dicentur: non solum in futuro, quando cuncta cordium abscondita proferentur ad lucem, sed & in præsentī tempore potest congruēter accipi: quoniam quæ inter tēnebras quondam pressurārum, carcerūque umbras, vel locūtū hē passi sunt Apostoli, nunc clarificata per orbem Ecclēsia, lectis eōrum actibus publicē prædicantur. Ne terreāmini ad his qui occidunt corpus. Si persecutores Sanctōrum, occisis corporibus non habent ampliūs quid contra illos agant: ergo supervacua furunt insania, quæ mortua Martyrum membra feris avibusque discerpēda projiciunt, cum

nequāquam omnipotentiae Dei, quin ea reuscitando vivit, consistere possint.

R. Hæc est vera fraternitas, quæ nunquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt Dōminum: Contemnentes aulam regiā, pervenerunt ad regna cœlestia. **V.** Ecce quā bonum & quā iucundum habitāre fratres in unum. Contemnentes. Glōria Patri. Contemnentes. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Duo autem sunt genera persecutorum: unum palam saviēntium, alterum fictē fraudulenterque blandiēntium. Contra utrumque nos munire atque institere volens Salvator, & supra ab hypōcrisi Pharisæorum attēdere, & hic à carnificum cæde præcipit non timere, quia videlicet post mortem nec horum crudelitas, nec illorum valeat simulatio durare. Nonne quinque passeres veneunt dipōndio? Si minutissima, inquit, animalia, & quæ quolibet per æra feruntur volatilia, Deus oblivisci non potest: vos qui ad imaginem facti estis Creatoris, non debetis terreri ab his, qui occidunt corpus: quia qui irrationabilia animalia gubernat, rationabilia curare non desinit.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Paulus & Joānes dixerunt Juliano: Nos unum Deum cōlimus, qui fecit cœlum & terram. **Psalm.** Dōminus regnāvit, cum reliquis. 13. **Añā.** Paulus & Joānes dixerunt Terentiano: Si tuus dōminus est Juliānus, habeto pacem cum illo: nobis alius non est, nisi Dōminus Jesus Christus. **Antiphona.** Joānes & Paulus agnoscentes tyrannidem Juliani, facultates suas pauperibus erogare cœperunt.

An-

Antiphona. Sancti spiritus & animæ iustōrum hymnum dicite Deo, alleluia. **Antiphona.** Joānes & Paulus dixerunt ad Gallicæum: Fac votum Deo cœli, & eris victor meliūs quām fuisti.

Capitulum.

Sap. 3.

Justōrum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus. Rex gloriōse Martyrum. **V.** Exultābunt Sancti, de Communi Martyrum. xxxvj.

Ad Benedictus, Antiphona.

Isti sunt Sancti, qui pro Christi amorē minas hōminum contempserunt: sancti Martyres in regno cœlorum exultant cum Angelis: o quām pretiosa est mors Sanctōrum, qui assidue assistunt ante Dōminum: & ab invicem non sunt separati.

Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus; ut nos geminata lætitia hodiernæ festivitatis excipiat, quæ de beatōrum Joānis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides & passio verè fecit esse geminos. Per Dōminum nostrum.

Deinde fit Commemoratio. Octavæ S. Joānis, Añā. Apertum est os Zachariæ, & prophetavit, dicens: Benedictus Deus Israël. **V.** Iste puer magnus coram Dōmino. **R.** Nam & manus ejus cum ipso est. **Oratio.** Deus, qui, ut supra. 430.

Ad Tertiam, Antiphona, Paulus & Joānes. **Capitulum.** Justōrum animæ, ut supra.

R. br. Lætāmini in Dōmino. Et exultāte justī. Lætāmini. **V.** Et gloriāmini omnes recti corde. Et exultāte. Glōria Patri. Lætāmini. **V.** Exultent justī in conspectu Dei. **R.** Et delectentur in lætitia.

Ad Sextam, Antiphona.

Joānes & Paulus.

Part. Æstiva.

Capitulum.

Sap. 10. c

Reddidi Deus mercēdem laborum Joānes suorum, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte.

R. br. Exultent justī. In conspectu Dei. Exultent. **V.** Et delectentur in lætitia. In conspectu. Glōria Patri. Exultent. **V.** Justi autem in perpetuum vivent. **R.** Et apud Dōminum est merces eōrum.

Ad Nonam, Antiphona.

Joānes & Paulus.

Capitulum.

Sap. 3.

Fulgēbunt justī, & tanquam scintillæ in arundine discurrent; Iudicābunt nationes, & dominābuntur populis, & regnābit Dōminus illōrum in perpetuum.

R. br. Justi autem. In perpetuum vivent. Justī. **V.** Et apud Dōminum est merces eōrum. In perpetuum. Glōria Patri. Justī. **V.** Exultābunt Sancti in glōria. **R.** Lætābuntur in cubilibus suis.

In secundis Vesperis, Añā. Paulus & Joānes, cum reliquis de Laudibus. 432. **Psalm.** Dixit Dōminus, cum reliquis de Dominica, 94. & loco ultimi, **Psalm.** Crēdidi, 96.

Capitulum & Hymnus de Communi. xxx.

R. Exultābunt Sancti in glōria. **R.** Lætābuntur in cubilibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Isti sunt due olive, & duo candelabra lætēntia ante Dōminum: habent potestatem claudere cœlum nōibus, & aperire portas ejus, quia lingue eōrum claves cœli factæ sunt.

Oratio. Quæsumus omnipotens Deus, ut supra.

Deinde fit Commemoratio Octavæ S. Joānis, Antiphona. Puer qui natus est nobis, plus quām Propheta est: hic est enim, de quo Salvator ait: Inter natos mulierum

Et non

non surrēxit major Joāne Baptista.
V. Iste puer magnus coram Dōmino.
R. Nam & manus ejus cum ipso est.
Oratio. Deus, qui prāsēntem diem,
 ut suprā. 428.

DIE XXVII. JUNII.

Quarta die infra Octavam Nativitatis Sancti Joānis.

In primo Nocturno, Lectiōnes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Basili Magni.

Homilia 2. in Præm. 28.

Lectio iv.

VOx Dōmini super aquas. Quallis vox, super quas aquas? Velut prophetiam accipiāmus quod dictum est. Memineris Joānis, qui interrogātus à Judæis, Tu quis es? quod respōsum dābimus iis, qui miserunt nos? respōdit: Ego vox clamantis in deserto. Igitur vox Dōmini est Joānes. Angelus à Deo missus ante faciem Dōmini, ut parāret Dōmino plebem perfectam. Hæc igitur vox super aquas, erat super Jordānem, in quo baptizābat prædicans penitentiæ baptismum. Et non solum in Jordāne, sed etiam in Ænon prope Salim, quia aquæ multæ erant illic.

R. Descendit Angelus Dōmini ad Zachariam, dicens: Accipe puerum in senectute tua: **V.** Et habebit nomen Joānes Baptista. **V.** Iste puer magnus coram Dōmino: nam & manus ejus cum ipso est. Et habebit.

Lectio v.

Igitur vox Dōmini super aquas, Joānes est super baptismum. Illic & Deus majestatis intōnuit. Venit enim vox de cœlo, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc etiam Dōminus super aquas multas dignatus est descendere in baptismum Joānis, ut compleret omnem justitiam, quæ in lege est. Vox Dōmini in virtute.

Auferet enim debilitates pōpuli per penitentiæ baptismum, per ipsum baptizans in aqua ad penitentiam. In virtute est vox, dicens: Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum: & Facite fructus dignos penitentiæ.

R. Hic est præcursor dilectus, & lucerna lucens ante Dōminum: **V.** Ipse est enim Joānes, qui viam Dōmino præparavit in eremo; sed & Agnum Dei demonstravit, & illuminavit mentes hōminum. **V.** Ipse præbit ante illum in spiritu & virtute Eliæ. Ipse.

Lectio vi.

VOx Dōmini confringentis cedros. Potest dici, quod parans Dōmino pōpulum perfectum, clātas impietates, & contra cognitionem Dei exaltatas confringens ac cōtērens, oblīqua faciēbat recta. Qui enim omnem collem ac montem humiliat, hic erat qui confringēbat cedros, & Dōmino viam adæquābat, per hoc quod ad penitentiam inducēbat altum, & elātum, & superbum cor. Unde ejus præparatiōnem suscipiens Dōminus, suo adventu confrēgit oppositas potētias, cedros Libani figuratē dictas. Opōrteret enim Dōminum regnāre, donec ponat inimicos sub pedes suos, & cedros istas comminuat.

R. Innuēbant patri ejus, quem vellet vocari eum: & pōstulans pugillārem, scripsit, dicens: **V.** Joānes est nomen ejus. **V.** Apertum est os Zachariæ, & prophetavit, dicens. Joānes. Glōria Patri. Joānes.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evāgēlii secūndum Lucam.

Lectio vii.

Elisabeth implētum est tempus parēndi, & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati ejus quia magnificāvit Dōminus mi-

Cap. i. f.

misericōrdiam suam cum illa, & congratulābuntur ei. Et reliqua.
 De Homilia S. Ambrōsii Episcopi.

Lib. 2. in Lucam, cap. 1. in fin.

ET Zachariæ pater ejus implētus est Spiritu sancto, & prophētabat. Vide quā bonus Deus, & facilis indulgēre peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam insperata concēdit. Ille dudum mutus prophētat. Hæc enim grātia Dei māxima, quod eum, qui negāverat, confitētur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum cōsciū delictōrum præmia divīna despēret. Novit Dōminus mutare sententiā, si tu nōveris emendāre delictum.

R. Præcursor Dōmini venit, de quo ipse testatur: **N**ullus major inter natos mulierum Joāne Baptista. **V.** Hic est enim Prophēta, & plus quāam Prophēta, de quo Salvator ait. Nullus.

Lectio viii.

ET tu puer, Prophēta Altissimi vocaberis. Pulchrē, cum de Dōmino prophētare, ad Prophētam sua verba convertit, ut hoc quod beneficiū esse Dōmini designāret: ne cūm publicē enumerāret sua, quasi ingrātus tacuisse viderētur quæ agnoscebat in filio. Sed fortāssē aliqui quasi irrationābilem mentis excēssum putent, quod octo diērum allōquitur infantem. Verūm, si teneāmus, intelligēmus profectō quod pōtuit vocem patris natus audire, qui Mariæ salutatiōnem, antequā nasceretur, audivit.

R. Gabriēl Angelus apparuit Zachariæ, dicens: Nascetur tibi filius, nomen ejus Joānes vocabitur: **E**t multi in nativitate ejus gaudebunt. **V.** Erit enim magnus coram Dōmino: vinum & siceram non bibet. Et multi. Glōria Patri. Et multi.

Lectio ix.

Sciēbat profectō alias esse aures Prophēta, quæ Spiritu Dei, non

cōrporis atate reserāntur. Habēbat intelligēdi sensum, qui exultādi habēbat affectum. Simul illud adverte, quā paucis Elisabeth, quæ multis Zachariæ prophēta: & uterque sancto replētus Spiritu loquebatur; sed disciplina servatur, ut mīlīter discere magis quæ divīna sunt, studeat, quam docere.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XXVIII. JUNII.

In Festo Sancti Leonis Papæ.

Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris

Pont. xli. præter seq.

A Capitulo fit de Festo, cum Commemor. Octavæ S. Joānis.

Si hoc Festum venerit in Dominica, transfertur post Octavam Apostolorum, & in Sabbato, in quo fit de Octava S. Joānis, legitur nona Lectio de Homilia Vigilæ Apostolorum, cum Commemor. ejusdem ad Laudes tantum.

Oratio.

DEus, qui beatum Leonem Pontificem Sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propitius; ut qui Commemorationis ejus festa percolimus, vitæ quoque imitetur exemplā. Per Dōminum.

Pro Commemoratione Octavæ S. Joānis, Añā. Puer, qui natus est nobis, plus quāam Prophēta est: hic est enim de quo Salvator ait: Inret natos mulierum non surrēxit major Joāne Baptista. **V.** Iste puer magnus coram Dōmino. **R.** Nam & manus ejus cum ipso est.

Oratio.

DEus, qui præsentem diem honorābilem nobis in beati Joānis nativitate fecisti: da pōpulis tuis spiritualium gratiam gaudiorum; & omnium fideliū mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dōminum nostrum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Leo Secundus, Pontifex Maximus, Siculus, humanis & divinis litteris Græcè & Latine doctus, musicis etiam eruditus fuit: ipse enim sacros Hymnos & Psalmos in Ecclesia ad concantum meliorem rediit. Probavit acta sextæ Synodi, quæ Constantinopoli celebrata est, præsentibus Legatis Apostolicæ Sædis, præsentem quoque Constantino Imperatorem, & duobus Patriarchis; Constantinopolitano & Antiocheno, ac centum septuaginta Episcopis: quem & in Latinum transtulit.

Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Manus.

Lectio v.

In eo Concilio Cyrus, Særgius, & Pyrrhus condemnati sunt, unam tantummodo voluntatem & operationem in Christo predicantes. Hic fregit superbiam Antistitem Ravenanatum, qui Exarchorum freti potentiam, Sedi Apostolicæ non obtemperabant. Quamobrem decrevit, ut electio cleri Ravennatis irrita esset, nisi Romani Pontificis auctoritate comprobaretur.

Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

Verè pater pauperum fuit: non enim pecunia solum, sed operam, laborem & consilii egentium viduarum, & pupillarum inopiam ac solitudinem sublevabat. Qui dum singulos non magis prædicatione,

quam vitâ, ad piè, sanctèque vivendum adhortaretur, mense sui Pontificatus decimo, & diebus decem & septem obdormivit in Domo: sepultusque est in Basilica Sancti Petri, quarto Kalendas Junii. Ordinatione una mense Junio creavit Presbyteros novem; Diaconos tres, Episcopos diversis in locis viginti tres.

Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus replèta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

Intertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Homo peregrè, de Communi Confessoris Pontificis. xlvij.

Lectio ix. de Vigilia Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Cap. 21. c.

In illo tempore: Dixit Jesus Simon Petro: Simon Joannis diligis me plus his? Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi. Tractatu 123. in Joannem, in medio.

Redditur negationi trina confessio, ne minus amoris lingua serviat, quam timori: & plus vocis elucisse videatur mors imminens, quam vita præsens. Sit amoris officium pascere Dominicum gregem, si fuit timoris indicium negare pastorem. Qui hoc animo pascent oves Christi, ut suas velint esse, non Christi, se convincuntur amare, non Christum, vel gloriantur, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate; non obediendi, & subveniendi, & Deo placendi charitate.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio de

de Octava S. Joannis, Afia. Aperitum est os Zachariæ, & prophetavit, dicens: Benedictus Deus Israel. V. Iste puer magnus coram Domino. R. Nam & manus ejus cum ipso est.

Oratio.

Deus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Joannis nativitate fecisti: da populis tuis spirituallium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ.

Deinde pro Commemor. Vigiliæ, Antiphona & V. de Fer. occurrenti, ad Benedictus, ut in Psalterio.

Oratio.

Preæta, quæsumus omnipotens Deus, ut nullis nos permissas perturbacionibus concuti, quos in Apostolica confessionis petra solidasti. Per Dominum.

DIE XXIX. JUNII.

In Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli.

Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Petrus & Joannes, cum reliquis de Laudibus. 442. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis de Communi Apostolorum. j.

Capitulum.

Agor. 12.

Misit Herodes rex marus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum.

Hymnus.

Decora lux Æternitatis, auream Diem beatis irrigavit ignibus, Apostolorum quæ coronat Principes, Reisque in astra liberam pandit viam.

Mundi Magister, atque cœli Janitor, Romæ parentes, Arbitrique Gentium,

Per ens ille, hic per crucis victor necem

Vitæ senatum laureati possident. O Roma felix, quæ duorum Principum

Es consecrata glorioso sanguine: Horum cruore purpurata, cætera Excelsis orbis una pulchritudines.

Sit Trinitati sempiterna gloria, Honor, potestas, atque jubilatio, In unitate, quæ gubernat omnia,

Per universa sæculorum sæcula. Amen.

V. In omnem terram exivit sonus eorum. R. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum, tibi traditæ sunt claves regni cœlorum.

Oratio.

Deus, qui hodiernam diem Martyrio tuorum Petri & Pauli apostolorum consecrasti: da Ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum nostrum.

Et non fit Commemoratio S. Pauli, cum Oratio sit communis, nec Octava S. Joannis.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Apostolorum Dominum, Venite, adoremus, Psalmus. Venite, exultemus. 1. Hymnus. Æternæ Christi mûnera. iij.

Antiphonæ etiam, Psalmi, & VV. Nocturnorum dicuntur de Communi Apostolorum.

In primo Nocturno.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j.

Cap. 2.

Petrus autem, & Joannes ascendent in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ di-

citur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum & Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans aliquid accepturum ab eis.

R. Simon Petre, antequam de navi vocarem te, novi te, & super plebem meam principem te constitui: * Et claves regni caelorum tradidi tibi. **V.** Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Et claves. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio ij.

Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo: hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu ejus dexteram, allevavit eum, & protinus consolidatae sunt bases ejus, & plantae. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & extasi; in eo quod contigerat illi.

R. Si diligis me, Simon Petre, pasc oves meas: Domine, tu nosti quia amo te, * Et animam meam pono pro te. **V.** Si oportuerit me mori te, non te negabo. Et animam. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Cum teneret autem Petrum, & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quae appellatur Salomonis, stupentes. Vi-

dens autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelitae, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostram virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti. Vos autem sanctum & justum negastis, & petistis virum hominem donari vobis: auctorem vero vitae interfecistis, quem Deus suscitavit a mortuis, cujus nos testes sumus. **R.** In fide nominis ejus, hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen ejus: & fides, quae per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestram.

R. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praevalerunt adversus eam: * Et tibi dabo claves regni caelorum. **V.** Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Et tibi dabo. Gloria Patri. Et tibi dabo.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Leonis Papae.

Serm. 1. in Natali Apost. Petri & Pauli.

Lectio iv.

Omniun quidem sanctorum consuetudinem, dilectissimi, totus mundus est particeps, & unius fidei pietas exigit, ut quidquid pro salute universorum gestum recollitur, communibus ubique gaudiis celebratur. Verumtamen hodierna festivitas, praeter illam reverentiam, quam toto terrarum orbe promeruit, speciali & propria nostra Urbis exultatione veneranda est, ut ubi praecipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, ibi

in

in die martyrii eorum sit laetitia principatus. Isti enim sunt viri, per quos tibi Evangelium Christi Roma resplenduit, & quae eras magistra erroris, facta es discipula veritatis.

R. Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas. * Et extendens manum apprehendit eum, & dixit Jesus: Modicae fidei, quare dubitasti? **V.** Cumque vidisset ventum validum venientem, timuit: & cum crepisset mergi, clamavit, dicens: Domine salvum me fac. Et extendens. **Benedictio.** Christus perpetuae.

Lectio v.

Isti sunt patres tui, verique pastores, qui te regnis caelestibus inserendam multo melius, multoque felicibus condiderunt, quam illi, quorum studio prima moenium tuorum fundamenta locata sunt: ex quibus is, qui tibi nomen dedit, fraternam te caede foedavit. Isti sunt, qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens sancta, populus electus, civitas sacerdotalis & regia, per sacram beati Petri Sedem caput orbis efficta, latius praesideres religione divina, quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta victoriis, jus imperii tui terrae marique protuleris: minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subjecit.

R. Surge Petre, & indu te vestimentis tuis, accipe fortitudinem ad salvandas Gentes: * Quia ceciderunt catenae de manibus tuis. **V.** Angelus Domini assistit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussione lateris Petri excitavit eum, dicens: Surge velociter. Quia ceciderunt. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Disposito namque divinitus operari maxime congruebat, ut

multa regna uno confederarentur imperio, & cito pervios haberet populus praedicationi generalis, quos unius teneret regimen civitatis. Haec autem civitas ignorans suae provocationis auctorem, cum pene omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem. Unde quantum erat per diabolum tenacius illigata, tantum per Christum est mirabilius absoluta.

R. Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi: * Et ideo tibi traditae sunt claves regni caelorum. **V.** Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Et ideo. Gloria Patri. Et ideo.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij.

In illo tempore: Venit Jesus in partes Caesareae Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilla S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 3. Comment. in Matth. cap. 16.

PUlchre interrogat: Quem dicunt homines esse Filium hominis? quia qui de Filio hominis loquuntur, homines sunt: qui vero divinitatem ejus intelligunt, non homines, sed dei appellantur. At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam. Miror quosdam interpretes causas errorum inquirere singulorum, & disputationem longissimam texere, quare Dominum nostrum Jesum Christum alii Joannem putaverint, alii Eliam, alii Jeremiam, aut unum

ex Prophétis, cum sic poterint errare in Elia & Jeremia, quo modo Herodes erravit in Joanne, dicens: Quem ego decollavi Joannem, ipse surrexit à mortuis, & virtutes operantur in eo.

R. Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: * Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.
R. Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis. Et tu. **Benedictio.** Quorum festum cœlimus.

Lectio viii.

Vos autem, quem me esse dicitis? Prudens lector attende, quod ex consequentibus textrice sermonis, Apostoli nequaquam homines, sed dii appellantur. Cum enim dixisset: Quem dicunt homines esse Filium hominis? subjicit: Vos autem, quem me esse dicitis? Illis, quia homines sunt, humana opinantibus, vos qui estis dii, quem me esse existimatis? Petrus ex persona omnium Apostolorum profertur: Tu es Christus Filius Dei vivi. Deum vivum appellat, ad distinctionem eorum deorum, qui putantur dii, sed mortui sunt.

R. Quem dicunt homines esse Filium hominis? dixit Jesus discipulis suis. Respondens Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. * Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram œdificabo Ecclesiam meam. **V.** Beatus es Simon Bar-Jóna, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. Et ego. Glória Patri. Et ego. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Jóna. Testimonio de se Apostoli reddidit vicem. Petrus dixerat: Tu es Christus Filius Dei vivi: mercedem recepit: vera confessio: Beatus es Si-

mon Bar-Jóna. Quare? Quia non revelavit tibi caro & sanguis, sed revelavit Pater. Quod caro & sanguis revelare non potuit, Spiritus sancti gratia revelatum est. Ergo ex confessione sortitur vocabulum, quod revelationem ex Spiritu sancto habeat, cujus & filius appellandus sit. Siquidem Bar-Jóna in nostra lingua sonat filius columbæ.

Te Deum laudamus. 12.

A D L A U D E S,
& per Horas, Antiphona.

Petrus & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. **Psalm.** Dóminus regnavit, cum reliquis. 13. **Antiphona.** Argéntum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. **Añ.** Dixit Angelus ad Petrum: Circúmda tibi vestiméntum tuum, & séquere me. **Añ.** Misit Dóminus Angelum suum, & liberavit me de manu Heródis, alleluia. **Añ.** Tu es Petrus, & super hanc petram œdificabo Ecclesiam meam.

Capitulum. *Añor. 12.*

Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gládio. Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum.

Hymnus.

Beatè Pastor Petre, clemens accipe
Voces precantium, criminumque
vincula
Verbo resolve, cui potestas tradita
Aperire terras cœlum, apertum
claudere.

Egrégie Doctor Paule, mores
instrue,
Et nostra tecum pectora in cœlum
trahere:

Velata dum meridiem cernat Fi-

des,
Et Solis instar sola regnet Charitas. Sit

Sit

Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque jubilatio,
In unitate, quæ gubernat omnia,
Per universa æternitatis sæcula.
Amen.

V. Annuntiaverunt ópera Dei.**R.** Et facta ejus intellexerunt.**V.** Ad Benedictus, Antiphona.

Quodcumque ligaveris super terram,
erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis: dicit Dóminus Simóni Petro.

Oratio.

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesie tue, eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Tertiam, Antiphona. Argéntum & aurum. **Capitulum.** Misit Heródes, ut supra. 440.

R. br. In omnem terram * Exiit sonus eorum. In omnem terram. **V.** Et in fines orbis terra verba eorum. Exiit sonus. Glória Patri. In omnem terram. **V.** Constitutes eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nómínis tui Dómine.

Ad Sextam, Antiphona.

Dixit Angelus.

Capitulum.

Añor. 12.

Petrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

R. breve. Constitutes eos principes

* Super omnem terram. Constitutes.

V. Mémores erunt nómínis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constitutes. **V.** Nímis honorátus est amíci tui Deus. **R.** Nímis confortátus est principátus eorum.

Ad Nonam, Antiphona.

Tu es Petrus.

Capitulum.

Añor. 12. b.

T Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dóminus Angelum suum, & eripuit me de manu Heródis, & de omni expectatione plebis Judæorum.
R. breve. Nímis honorátus sunt * Amíci tui Deus. Nímis. **V.** Nímis confortátus est principátus eorum. Amíci. Glória Patri. Nímis. **V.** Annuntiaverunt ópera Dei. **R.** Et facta ejus intellexerunt.

Ad Vesperas, ubi non est faciendum Officium S. Pauli in Ecclesia propria, dicitur Antiphona Juravit Dóminus, Psalmus Dixit Dóminus, cum reliquis, ut in Comuni Apostolorum. Rj. Capitulum, & Hymnus, ut supra in primis Vesperis. 437.

V. Annuntiaverunt ópera Dei. **R.** Et facta ejus intellexerunt.**Ad Magnificat, Antiphona.**

Hodiè Simon Petrus ascendit crucis patibulum, alleluia: hodiè clavicularius regni gaudens migravit ad Christum: hodiè Paulus Apostolus lumen orbis terræ, inclinató capite pro Christi nómíne, martyrio coronatus est, alleluia.

Oratio. Deus, qui hodiernam diem, ut supra.

Et non fit Commemoratio Sancti Pauli, nec Octava S. Joannis.

UBI VERO FIT OFFICIUM

S. Pauli in Ecclesia propria
Ad Vesperas, Antiphona. Ego plantavi, cum reliquis de Laudibus. 449. **Psalm.** Dixit Dóminus, cum reliquis de Comuni Apostolorum. J.

Capitulum. *2. Tim. 4. b.*

Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo repósitus est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

Hym-

Hymnus.

Egrégie Doctor Paule, mores instrue,
Et nostra tecum pectora in cælum trahe:
Velâta dum meridiem cernat Fides,
Et solis instar sola regnet Charitas.
Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque jubilatio,
In unitate, quæ gubernat omnia,
Per univêrsa aternitatis sæcula.
Amen.

V. Tu es vas electiõnis, sancte Paule Apõstole. **R.** Prædicator veritatis in univêrso mundo.

Ad Magnificat, Antiphona.
Sancte Paule Apõstole, prædicator veritatis, & Doctor Gentiùm, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Oratio.

Deus, qui multitudinem Gentiùm beati Pauli Apõstoli prædicatione docuisti: da nobis quaesumus; ut cujus natalitia cõlimum, ejus apud te patrocinia sentiãmus. Per Dõminum.

Deinde fit Commemor. S. Petri.
Añã. Tu es pastor ovium, princeps Apõstolorum, tibi traditæ sunt claves regni cælorum. **V.** Tu es Petrus. **R.** Et super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam.

Oratio.

Deus, qui beato Petro Apõstolo tuo, collatis clavibus regni cõlestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede, ut intercessionis ejus auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis & regnas.

Et non fit Commemoratio Sancti Joannis, neque in Laudibus.

Si Commemoratio S. Pauli venerit in die Octava Corporis Christi, extra propriam Ecclesiã transferatur in primam diem infra Octavam, Dominica vel Festo non impedi-

tam, & totum Officium fit ut in propria Ecclesiã.

DIE XXX. JUNII.

In Commemoratione Sancti Pauli

Apostoli. Daplex.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Apõstolorum Dõminum, * Venite, adorémus. **Psal.** Venite, exultemus, i. **Hymnus.** Egrégie Doctor, ut supra.

In primo Nocturno, Antiphona.

Qui operatus est Petro in Apõstolatũ, operatus est & mihi inter Gentes: & cognoverunt gratiam, quæ data est mihi à Christo Dõmino.

Psalms 18.

Celi enarrant gloriã Dei, * & òpera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies dii eructat verbum, * & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquela, neque sermones, * quorum non audiãtur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum: * & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole põsunt tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad currendam viam, * à summo cælo egressio ejus:

Et occursum ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Dõmini immaculata convertens animas: * testimonium Dõmini fidèle, sapientiam præstans parvulis.

Justitiã Dõmini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dõmini lucidum, illuminans oculos.

Timor Dõmini sanctus, permanens in sæculum sæculi: * judicia Dõmini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: * & dulciõra super mel & fayum.

Et enim servus tuus custodit ea, * in cus-

custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit? ab oculis meis munda me: * & ab aliënis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor à delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dõmine adjutor meus, * & redemptor meus.

Añã. Qui operatus est Petro in Apõstolatũ, operatus est & mihi inter Gentes: & cognoverunt gratiam, quæ data est mihi à Christo Dõmino.

Añã. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem, justus judex.

Psalms 33.

Benedicam Dõminum in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Dõmino laudabitur anima mea: * audiant mansueti, & lætetur.

Magnificatẽ Dõminum mecum: * & exaltẽmus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dõminum, & exaudivit me: * & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: * & facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamavit, & Dõminus exaudivit eum: * & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Dõmini in circuitu timẽntium eum: * & eripiet eos.

Gustate, & videte quoniam suavis est Dõminus: * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dõminum omnes sancti ejus: * quoniam non est inopia timẽntibus eum.

Divites eguerunt & esurierunt: * inquirentes autem Dõminum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me: * timorem Dõmini docẽbo vos.

Quis est homo qui vult vitam: * diligit dies videre bonos?

Prõhibe linguam tuam à malo: * & labia tua ne loquantur dolum.

Diverte à malo, & fac bonum: * inquire pacem, & persẽquere eam.

Oculi Dõmini super justos: * & aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Dõmini super facientes mala: * ut perdat de terra memoriã eorum.

Clamaverunt justi, & Dõminus exaudivit eos: * & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dõminus iis, qui tribulato sunt corde: * & humiles spiritu salvabit.

Multe tribulationes justorum: * & de omnibus his liberabit eos Dõminus.

Custodit Dõminus omnia ossa eorum: * unum ex his non conteretur. Mors peccatorum pessima: * & qui odierunt justum, delinquent.

Rẽdimet Dõminus animas servorum suorum: * & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Añã. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem, justus judex.

Añã. Mibi vivere Christus est, & mori lucrum: gloriari me oportet in cruce Dõmini nostri Jesu Christi.

Psalms 44.

Eruetavit cor meum verbum bonum: dico ego òpera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ, * velòciter scribentis.

Speciosus formã præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: * propterea benedixit te Deus in ætèrnũ.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Spécie tuâ, & pulchritudine tuâ *
intende, prospere procede, & regna.
Propter veritatem, & mansuetudinem,
& justiciam: * & deducet te mi-
rabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, pópuli sub te
cadent, * in corda inimicórum regis.
Sedes tua Deus in sæculum sæculi: *
virga directiõnis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniqui-
tatem: * propterea unxit te Deus
Deus tuus oleo lætitiæ præ consor-
tibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cásia à vestim-
entis tuis, à dómibus ebúrneis: *
ex quibus delectaverunt te filiæ re-
gum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vesti-
tu deaurato: * circumdata varie-
tate.

Audi filia, & vide, & inclina au-
rem tuam: * & obliviscere pópulum
tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem
tuum: * quóniam ipse est Dóminus
Deus tuus, & adorábit eum.

Et filiæ Tyri in munéribus * vul-
tum tuum deprecabuntur: omnes
divites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab
intus, * in sifmbris áureis circum-
amicta varietatibus.

Adducéntur regi vírgines post
eam: * proxímæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætitia & exultati-
one: * adducéntur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi fi-
lii: * constitues eos principes super
omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in
omni generatiõne & generatiõne.

Propterea pópuli confitebúntur ti-
bi in ætérnum, * & in sæculum sæ-
culi.

Antiphona. Mihi vivere Christus
est, & mori lucrum: gloriári me
opórtet in cruce Dómini nostri Jesu
Christi. **V.** In omnem terram exi-

vit sonus eórum. **R.** Et in fines
orbis terræ verba eórum. Pater
noster. **Absolutio.** Exáudi Dómine,
V. Jube domne. **Benedictio.** Bene-
dictiõne perpétua.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 13.

ERant autem in Ecclesiá, quæ
erat Antiochiæ, Prophæta, &
Doctóres, in quibus Barnabas, &
Simon, qui vocabátur Niger, &
Lucius Cyrenensis, & Mannan,
qui erat Heródis Tetrarchæ collac-
taneus, & Saulus. Ministrántibus
autem illis Dómino, & jejunánti-
bus, dixit illis Spiritus sanctus: Se-
gregáte mihi Saulum & Barnabam
in opus ad quod assúpsi eos. Tunc
jejunántes, & orántes, imponéntes-
que eis manus, dimiserunt illos. Et
ipsi quidem missi à Spiritu sancto
abiérunt Seleuciam, & inde naviga-
vérunt Cyprum.

R. Qui operátus est Petro in Apos-
tolátum, operátus est & mihi inter
Gentes: * Et cognóverunt gratiam
Dei, quæ data est mihi. **V.** Grátia
Dei in me vacua non fuit, sed grátia
ejus semper in me manet. Et.

Benedictio. Unigénitus Dei Filius.

Lectio ij.

ET cùm venissent Salamnam,
prædicábant verbum Dei in sy-
nagógis Judæórum. Habébant autem
& Joánnem in ministerio. Et cùm
perambulássent univérsam insulam
usque Paphum, invénérunt quem-
dam virum magum pseudoprophé-
tam, Judæum, cui nomen erat Barié-
sus, qui erat cum Procónsule Sér-
gio Paulo viro prudénte. Hic, accessit
Barnaba & Saulo, desiderábat au-
ditre verbum Dei. Resistébat autem
illis Elymas magus (sic enim inter-
pretátur nomen ejus) quarens avér-
tere Procónsulem à fide.

R. Bonum certámen certávi, cur-
sum consummávi, fidem servávi:

Idèoque repósa est mihi coróna
justitiæ. **V.** Scio cui créddi, & cer-
tus sum, quia potens est depósitum
meum serváre in illum diem. Ideo-
que. **Bened.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

SAulus autem, qui & Paulus,
replétus Spiritu sancto, intuens
in eum, dixit: O plene omni dolo,
& omni fallácia, fili diaboli, inimi-
ce omnis justitiæ, non desinis sub-
vertére vias Dómini rectas. Et nunc
ecce manus Dómini super te, & eris
cæcus, non videns solem usque ad
tempus. Et confestim cecidit in
eum caligo, & tenebræ, & circúdens
quærébat cui manum daret. Tunc
Procónsul cum vidisset factum,
credidit admirans super doctrina
Dómini. Et cùm à Papho navigás-
sent Paulus, & qui cum eo erant,
venérunt Pergen Pamphyliæ. Joán-
nes autem discédens ab eis, revér-
sus est Jerosólymam.

R. Repósa est mihi coróna justi-
tiæ, * Quam reddet mihi Dóminus
in illum diem justus judex. **V.** Scio
cui créddi, & certus sum, quia po-
tens est depósitum meum serváre in
illum diem. Quam reddet. Glória
Patri. Quam reddet.

In secundo Nocturno, **Antiphona.**
Tu es vas electiõnis, Sanctæ Paule
Apostole, prædicátor veritatis in
univérso mundo.

Psalmus 46.

OMnes Gentes pláudite máni-
bus: * jubilate Deo in voce
exultatiõnis.

Quóniam Dóminus excélsus, ter-
ribilis: * Rex magnus super omnem
terram.

Subjécit pópulos nobis: * & gen-
tes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditatem suam: *
spécimen Jacob, quam dilexit.

Ascéndit Deus in júbilo: * & Dó-
minus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: *
psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus: *
psállite sapiénter.

Regnabit Deus super gentes: * Deus
sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti
sunt cum Deo Abraham: * quón-
iam dñi fortes terræ veheménter
eleváti sunt.

Antiphona. Tu es vas electiõnis,
sanctæ Paule Apostole, prædicátor
veritatis in univérso mundo.

Antiphona. Magnus Sanctus Pau-
lus vas electiõnis, verè dignè est
glorificándus, qui & méruit thronum
duodécimum possidére.

Psalmus 60.

EXáudi Deus deprecationem
meam: * inténde oratiõni meæ.
A finibus terræ ad te clamávi: *
dum anxiarétur cor meum, in petra
exaltásti me.

Deduxisti me, quia factus es spes
mea: * turris fortitudinis à facie ini-
mici.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in
sæcula: * prótegar in velaménto alá-
rum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exaudisti
orationem meam: * dedisti hereditá-
tatem tíméntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjícies: *
annos ejus usque in diem generatiõ-
nis & generatiõnis.

Permanet in ætérnum in conspéctu
Dei: * misericórdiam & veritatem
ejus quis requirét?

Sic psalmum dicam nómini tuo in
sæculum sæculi: * ut reddam vota
mea de die in diem.

Antiphona. Magnus Sanctus Pau-
lus vas electiõnis, verè dignè est glo-
rificándus, qui & méruit thronum
duodécimum possidére.

Antiphona. Bonum certámen certá-
tavi, cursum consummávi, fidem
servávi.

Psal-

Psalms 63.

Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: * a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a convetu malignantium: * a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacerunt ut gladium linguas suas: * intendunt arcum rem amaram, ut sagittent in oculis immaculatum.

Subito sagittabunt eum, & non timebunt: * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt, ut absconderent laqueos, * dixerunt: quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates, * defecerunt scrutantes scrutatio.

Accedet homo ad cor altum: * & exaltabitur Deus.

Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum: * & infirmatae sunt contra eos linguae eorum.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: * & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei: * & facta ejus intellexerunt.

Laetabitur justus in Domino, & sperabit in eo, * & laudabuntur omnes recti corde.

Antiphona. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. **V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Memores erunt nominis tui Domini. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Ex libro Sancti Augustini Episcopi de Gratia & libero arbitrio.

Lectio ij.

Cap. 6.

Apostolus Paulus, quem certe invenimus sine ullis meritis bonis, immo cum multis meritis malis, Dei gratiam consecutum, reddentis bona pro malis, videamus quid dicat, sua jam propinquante passione, scribens ad Timotheum:

Ego enim jam immolor, inquit, & tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, & cursum consummavi, fidem servavi. Ista utique jam merita sua bona commemorat: ut post bona merita consequatur coronam, qui post merita mala consecutus est gratiam. Denique attendite quid sequatur: Superest, inquit, mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus iudex. Cui redderet coronam justus iudex, si non donasset gratiam misericors Pater? Et quomodo esset ista corona justitiae, nisi praecessisset gratia, quae justificat impium? Quomodo ista debita redderetur, nisi prius illa gratuita donaretur?

R. Tu es vas electionis, Sancte Paule Apostole, praedicator veritatis in universo mundo: * Per quem omnes Gentes cognoverunt gratiam Dei. **V.** Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Per quem. **Benedictio.** Christus perpetuus.

Lectio v.

Proinde consideremus ipsa merita Apostoli Pauli, quibus dixit coronam redditurum iudicem justum: & videamus utrum merita ipsius, tamquam ipsius, id est, ex ipso ei comparata, a dona sint Dei. Bonum, inquit, certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Primò ista bona opera, si non ea praecessissent cogitationes bonae, nulla essent. Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat. Ait enim scribens ad Corinthios: Non quia idonei sumus cogitare alicui de nobis, tamquam a nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Deinde singula inspiciamus.

R. Gratia Dei sum id, quod sum: * Et gratia ejus in me vacua non fuit

fuit, sed semper in me manet. **V.** Qui operatus est Petro in Apostolatum, operatus est & mihi inter Gentes. Et gratia. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Bonum, inquit certamen certavi. Quero qua virtute certaverit? utrum quae illi ex semetipso fuerit, an quae desuper data sit? Sed absit, ut tantus doctor ignoraverit legem Dei, cujus vox est in Deuteronomio: Ne dicas in corde tuo: Fortitudo mea, & potentia manus meae fecit mihi virtutem magnam hanc: sed memoraberis Domini Dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere virtutem. Quid autem prodest bonum certamen, nisi sequatur victoria? Et quis dat victoriam, nisi ille, de quo dicit ipse: Gratias Deo, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum?

R. Saulus, qui & Paulus, magnus praedicator, a Deo confortatus convalescebat, & confundebat Judaeos. **V.** Ostendens quia hic est Christus Filius Dei. A Deo confortatus. Gloria Patri. A Deo.

In tertio Nocturno. **Antiphona.** Saulus, qui & Paulus, magnus praedicator, a Deo confortatus convalescebat, & confundebat Judaeos.

Psalms 71.

Confitebimur tibi Deus: * confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: * cum accipero tempus, ego justitias iudicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: * & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu

vestrum: * nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desertis montibus: * quoniam Deus iudex est. Hunc humiliat, & hunc exaltat: * quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc: verumtamen fax ejus non est extinguita: * bibent omnes peccatores terrae. Ego autem annuntiabo in saeculum: * cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: * & exaltabunt cornua justi.

Antiphona. Saulus, qui & Paulus, magnus praedicator, a Deo confortatus convalescebat, & confundebat Judaeos.

Antiphona. Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanae, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi, ut auferretur a me, & dixit mihi Dominus: Sufficit tibi Paule gratia mea.

Psalms 96.

Dominus regnavit, exultet terra: * letentur insulae miltae.

Nubes, & caligo in circuitu ejus: * justitia, & iudicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecedet, & inflammabit inimicos ejus. Illuxerunt fulgura ejus orbi terrae: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt caeli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculpitilla: * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * audivit, & laetata est Sion.

Et exultaverunt filiae Judæ, * propter judicia tua Dómine:

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum: * custodit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberávit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde laetitia.

Lætámini justí in Dómino: * & confitémini memoríæ sanctificatiónis ejus.

Antiphona. Ne magnitúdo revelatiónum extóllat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, ángelus sátana, qui me colaphizat: propter quod ter Dóminum rogávi, ut auferretur a me, & dixit mihi Dóminus: Sufficit tibi Paule grátia mea.

Antiphona. Repósite est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

Psalmus 98.

Dóminus regnávit, irascántur pópuli: * qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus: * & excelsus super omnes pópulos.

Confíteantur nómini tuo magno: quóniam terribile, & sanctum est: * & honor regis judicium diligit.

Tu parásti directiões: * judicium & justitiam in Jacob tu fecísti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte scabellum pedum ejus: * quóniam sanctum est.

Móyses & Aaron in sacerdotibus ejus: * & Samúel inter eos, qui invocánt nomen ejus.

Invocabánt Dóminum, & ipse exaudivát eos: * in colúma nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, * & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster tu exaudivás eos: * Deus tu propitiús fuísti

eis, & ulciscens in omnes adinventiões eórum.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte in monte sancto ejus: * quóniam sanctus Dóminus Deus noster.

Alia. Repósite est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex. * Nimis honoráti sunt amici tui Deus.

R. Nimis confortátus est princípatus eórum. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. * Jube domne. **Benedictio.** Evangélica léctio.

Léctio sancti Evangélii secundum Mattheum.

Lectio vij.

Cap. 10. b.

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. Et reliqua.

Homílla Sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 34. in Matth. longe post init.

Sic dicere vidétur: Nolite turbári, si cum vos inter lupos mitto, tamquam oves & colúmbas esse jubeo. Nam etsi possum contráriam quoque prestare, & non permittere ut grave aliquid patiamini, nec lups tamquam oves subjeçti sitis, sed efficere ut leónibus terribilióres evadáis: tamen sic expedit fieri: hoc & vos quoque illustrióres faciét, & meam declarábit virtútem. Sic enim postea dixit Paulo: Sufficit tibi grátia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur. Ipse igitur vos, ut tales essétis, fecit.

R. Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis, & Doctor Géntium, intercède pro nobis ad Deum, qui te elégit, ut digni efficiámur grátia Dei. * Tu es vas electiões, Sancte Paule Apóstole, prædicátor veritátis. Intercède. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

Lec-

Lectio viij.

Sed inspicíamus quam prudéntiam exigit: serpéntis certé. Nam quemámodum serpens totum seipsum tradit, nec mínimum curat, si ipsum quoque corpus incidi necesse sit, dimmodó caput suum íntegrum servet: eódem tu quoque modo, præter fidem cætera perdere non cures, sive pecúnias, sive corpus, sive etiám vitam ipsam profunderé necesse sit. Fides enim caput est & radix, quæ servátá, etiám si ómnia perdas, ómnia tamen rursum majóre cum glória recuperábis. Idcirco nec simplices solúm jussit esse, nec prudéntes solúm, sed ambo hæc in unum miscuit, ut ea in virtútem convertántur.

R. Damásci, præpósitus gentis Aretæ regis voluit me comprehendere: * Et a fratribus per murum demissus sum in sporta, * Et sic evási manus ejus, in nómine Dómini. **y.** Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi scit quia non méntior. Et a fratribus. Glória Patri. Et sic evási. **Benedictio.** Ad societátem.

Lectio ix.

Quod si rebus ipsis id ita fieri vidére desideras, lege Actuum Apóstolorum librum: perspiciēs profectó, cum sæpè Judæórum pópulus in Apóstolos insurréxerit, ac dentes exacuerit, illos colúmbæ simplicitátem imitádo, & cum decénti modéstia respondédo, iram ipsórum superásse, furórem extinxisse, impetum retardásse. Nam cum illi dicerent: Nonne præcipiédo præcepimus vobis, ne docerétis in nómine isto? quamvis innúmera possent edere miracula, nihil tamen asperum neque dixérunt, & neque fecérunt; sed summa cum mansuetúdine respondéntes, dicébant: Si justum est vos audire magis quam Deum, judicáte. Perspexísti simpli-

Pars Festiva.

citátem colúmbæ, vide nunc serpéntis prudéntiam: Non enim pódissimus, iniquiunt, nos quæ vidimus & audivimus, non loqui.

Te Deum laudámus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

E Deus autem incrementum dedit, allelúia. **Psalm.** Dóminus regnávit, cum reliquis. 13. **Antiphona.** Libénter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. **Antiphona.** Grátia Dei in me vácuá non fuit, sed grátia ejus semper in me manet. **Antiphona.** Damásci, præpósitus gentis Aretæ regis voluit me comprehendere: a fratribus per murum demissus sum in sporta, & sic evási manus ejus in nómine Dómini. **Antiphona.** Ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufragium pèrtuli pro Christi nómine.

Capitulum.

2. Tim. 4. b.

Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In reliquo repósite est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex.

Hymnus. Exáلت orbis gáudíis, ut in Communi Apóstolorum. iij. * Tu es vas electiões, Sancte Paule Apóstole. **R.** Prædicátor veritátis in univérso mundo.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vos qui secuti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duodecim tribus Israël, dicit Dóminus.

Oratio.

Deus, qui multitudine Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis quaesumus; ut cujus natalitia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dóminum.

Er fit Commemoratio S. Petri, ut supra in Vespis. 442.

Pf

Dein-

Deinde Oct. S. Joannis, Añā. Apertum est os Zacharie, & prophetavit, dicens: Benedictus Deus Israël. **R.** Iste puer magnus coram Domino. **R.** Nam & manus ejus cum ipso est. **O**ratio. Deus, qui præsentem, ut supra. 428.

Ad Tertiam, Antiphona. Libenter gloriabor. **Capitulum.** Bonum certamen, ut sup. 449. **R. breve.** In omnem terram. **R.** Exiit sonus eorum. In omnem. **R.** Et in fines orbis terræ verba eorum. Exiit. Glória Patri. In omnem. **R.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nominis tui Dómine.

Ad sextam, Antiphona.

Grátia Dei.

Capitulum.

2. Cor. 12. b

NE magnitúdo revelatiónum ex tollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus sátnæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dómino rogávi, ut discederet a me: & dixit mihi: Sufficient tibi grátia mea. **R. breve.** Constitues eos principes. **R.** Super omnem terram. Constitues. **R.** Mémores erunt nominis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constitues. **R.** Nimis honoráti sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortátus est principátus eórum.

Ad Nonam, Antiphona.

Ter virgís cæsus sum.

Capitulum.

1. Cor. 15. b

Ego enim sum mínimus Apostolorum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclesiám Dei. Grátia autem Dei sum id quod sum, & grátia ejus in me vacua non fuit. **R. b.** Nimis honoráti sunt. **R.** Amici tui Deus. Nimis. **R.** Nimis confortátus est principátus eórum. Amici. Glória Patri. Nimis. **R.** Annuntiáverunt ópera Dei. **R.** Et facta ejus intellexerunt.

Ad Vesperas, Antiphona. Jurávit Dóminus, cum reliquis de Communi Apostolorum. xi.

A Capitulo fit de Octava Sancti Joannis, ut in primis Vesperis Festi. 420.

In fine pro Commemor. Apostolorum, Antiphona. Petrus Apóstolus, & Paulus Doctór Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Dómine. **R.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nominis tui Dómine.

Oratio.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolorum tuórum Petri & Pauli martyrio consecrásti: da Ecclesiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præceptum, per quos religiósus sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Sed in Ecclesia Sancti Pauli Vesperæ integræ dicuntur de eo, Antiphona. Jurávit Dóminus, cum reliquis de Communi Apostolorum. xi.

Capitulum & reliqua ut in primis Vesperis, cum Commemoratione S. Petri. 442.

Et Octava S. Joannis, Antiphona. Ingresso Zacharia templum Dómini, apparuit ei Gabriél Angelus, stans a dextris altaris incénsi. **R.** Fuit homo missus a Deo. **R.** Cui nomen erat Joannes. **O**ratio. Deus, qui præsentem, ut sup. 428.

FESTA JULII.

Prima die non impedita dicitur Officiúm Defunctorum. cxxliij.

DIE I. JULII.

In die Octava S. Joannis Baptistæ.

Duplex.

Omnia dicuntur sicut in die, 420. præter Lectiones primi Nocturni, quæ leguntur de Scriptura occurrente: & secúndi, quæ leguntur ut infra.

Ser.

Sermo Sancti Máximi Episcopi.

Homilia 3. in Natió. S. Joannis Bapt.

LECTIO IV.

Festivitatem præsentis diéi, fratres charissimí, venerándi Joánnis Baptistæ genuina natiuitas consecrávit: qui idcirco in hoc sæculum supérna dispensatióne diréctus est, ut non solum ipse prophetáli sublimarétur glóriá, sed ut & ómnium etiám per eum Prophe-tarum præconiá firmarétur. Nec immerito illum præcipuo honóre nunc venerámur, qui speciáli quadam grátia, ob hoc Redemptórem mundi novissimus prophetávit, ut ostenderet eum primus. Hic enim solus est Prophetarum, qui Dóminum nostrum Jesum Christum, quem álíi in longa témpora futurum prædicarunt, própriis oculis vidére méruit, & annuntiáre præsentem.

R. Descéndit Angelus Dómini ad Zachariam, dicens: Accipe puerum in senectute tua. **R.** Et habébit nomen Joánnes Baptista. **R.** Iste puer magnus coram Dómino: nam & manus ejus cum ipso est. Et habébit.

LECTIO V.

Hic est ille, quem inspirante Deo, præcius annúnciat Isaiás, dicens: Vox clamántis in deserto, paráte viam Dómini. Quám congrue, fratres charissimí, beátus Joánnes prædicátus est vox, qui cœlestis Verbi & præco mittebátur, & testis. Hic est ille, ejus per Angelum Gabriélem prænuñtiátur natiuitas, & nomen, & méritum. Hic est, qui judicio cœlestis sententiæ cunctis mortalibus anteférretur, dicente Dómino: Non surréxit inter natos mulierum major Joanne Baptista. Quám pulchré dictum est, inter natos mulierum non esse majórem: quia ille omnimodis major erat Joanne, qui de virgine nascebátur.

R. Hic est præcúrsor diléctus, & lucerna lucens ante Dóminum: Ipse est enim Joánnes, qui viam Dómino præparávit in eremo: sed & Agnum Dei demonstrávit, & illuminávit mentes hóminum. **R.** Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Eliæ. Ipse est.

LECTIO VI.

Quibus prospéctis, advértite dilectissimí, quantam huic reverénciam, quantum devotiónis debeámus impéndere: qui ut honorábilis sit, a sancto est Spiritu prophetátus. promissus ab Angelo, laudátus a Dómino, & perpétua sanctæ mortis glóriá consecrátus. Decébat namque, ut mysticam natiuitatem ejus mirábilis víta sequeretur, & sanctam perfectáque vitam mors Deo devóta concluderet. Propter quod, fratres, rectissime toto hodié orbe, Christi Ecclesiá primórdia natiuitatis ejus lætissimá festivitáte celebrávit, qui ætérna mortalibus adesse gaudia, stupénti mundo testis fidelissimus revelávit. **R.** Innuébát patri ejus, quem vellet vocáti eum: & póstulas pugillárem, scripsit, dicens: **R.** Joánnes est nomen ejus. **R.** Apértum est os Zachariæ, & prophetávit, dicens. Joánnes. Glória Patri. Joannes.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Ambrosii Episcopi, ut in die Festi, quæ incipit Péperit filium Elisabeth, ut sup. 427.

Et fit Commemoratio Apostolorum, Antiphona. Gloriósi principes terræ, quómodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separáti. **R.** In omnem terram exiit sonus eórum. **R.** Et in fines orbis terræ verba eórum.

Oratio.

DEus, qui hodiérnam diem Apostolorum tuórum Petri & Pauli martyrio consecrásti: da Ecclesiæ